

tus divina hac pinguedine , pretiofoque fucco , cuius infinita virtus est , & ea vis , quae infinite efficacem efficit , nisi per seclum illum evanescere finiret .
 Nam accipit , cuiusque cor tuum aperias , fati est . Illam agere finis , operationem ejus ne prohibeas ; sentiam in omnes animae facultates illabatur , eisque divinas suas qualitates communicabit , quae tuas omnino mutabit , non secus ac omnis acrimonia , naturalis amaritudo , caeteraque improbe oleasti qualitates per arboris infusum succum evanescent .

Ut destruitur corpus peccati . Ad Rom . 6 . Corpus nostrum corpus est peccati , non solum enim in peccatum nos trahit per legem corporibus nostris dominantem , ut Apostolus loquitur , verum etiam quia perturbatio humorum , ex quibus coalescit , & quae diversa temperamenta constituunt , totidem sunt peccatorum origines , vel saltem tentationes ad peccatum propter varia studia , quae producunt in nobis . Quomodo autem hoc peccati corpus destrui potest , quandoquidem lege Dei prohibemur , ne mortaliter destruamus illud ; & si nosse cupis , quomodo hoc fieri possit , dicam ; imitando naturam , vim faciendo affectionibus nostris , quae omnes ferme tendunt in malum , nosque illic trahunt , cum nosmet rapti ingenio naturali corporis nostri ponderis ; quod ideo corpus peccati vocatur .

Quia molesto hinc ingenio , & natura in vitium prona saepe non audent conari , ut illam subigant , & nonnumquam se id asequi posse desperant . Similes sunt exploratores , qui missi fuerunt , ut terram , quam Deus Israelitis promiserat , inspicerent . Reverti coram universo populo ea , quae exploraverant , narrantur , dixeruntque se vidisse quidem terram praeter ceteris uberissimam , verum simul quoque se vidisse urbes , quarum propugnacula in caelum usque attollebant , & quantum incolae ad prodigium proceri erant magnitudine , ideoque se arbitrari , solum esse consilium regnum illud acquirendi . Haec eorum figura est , qui ut caelum acquirant , non audent vim facere inimicis illius aditum prohibentibus , qui sunt pravae eorum affectiones , natura aspera , violenta studia , & diuturno habitu roborata . Desperant se illud affecturos ; omnia sibi videntur ardua , difficilia , intolerabilia ; & ex difficultatibus , quae minimo labore vincendae sunt , totidem sunt monstra , quibus deterrantur .

PARAGRAPHUS IV.

Locis , & Sententiis Sanctorum Patrum , hujus Argumenti .

Quidquid est peccatorum in dictis , in factis , & in cogitationibus , ex illa (mala indole) oritur . Augusti . Serm . 5 . de verb . apost .

Anima affectus omnium sunt virtutum & virtutum quasi quaedam principia , & communis materia . Augusti . lib . de Spiritu & anima .

Non est unde concipiat concupiscentia , nisi de te . Idem , Hom . 40 . ex 50 .

Sat est unde non consistit malis , quae sentimus in malis . Idem , lib . de Continente . cap . 2 .

Cum nulla scientia melior sit illa , qua homo cognoscit seipsum , discutiamus cogitationes , locutiones , atque opera nostra . Idem , lib . de Spiritu , & anima , cap . 51 .

Corripit , quod in natura bonum est (mala indoles) . Idem , lib . 5 . de Innoc .

Timore saltem frangitur , si amore non ducitur . Idem .

Quamvis virtutis , fieri non potest , quotidie tamen minus potest , & vinci . Idem .

Attende tibi ipsi in examen teipsum advoca , quis ipse sit ; tuam ipsius naturam fac ut noveris . Basil . Homil . 3 .

Nemo in vitio constitutus homo de seipso desperare coelit , band nescius agriculturam stirpium qualitates mutare . Idem , Hom . 5 . in Hexam .

Saepe periculosum est quod agitur , & malum esse non creditur . Chrysost . Hom . in Matth .

Velo animam primo omnium scire seipsam , quod id populus ratio utilitatis , & ordinis . Bernard . Serm . 36 . in Cant .

Demon illic maxime nos impellit , quo se per seipso inclinari percipit ; insperatatem nostram ad arma nequitiae sua convertit . Ingenii morbo adversus nos utitur . Sanctus Cyrillus in Joan . lib . 6 . cap . 16 .

Passione interdum movemur , & zelum putamus . Thomas a Kempis .

Non una eademque cunctis exhortatio convenit , quae nec cunctos par animorum qualitas adstringit . Greg . in Job . 38 .

Spectandum est ad quae nos procliviores sumus ; quippe cum aliis ad alta natura propensum sint , id quod ex voluptate & dolore nobis evenit , percipimus , atque in contrarium nos abstrahimus . Arist . 2 . Ethic . cap . ultimo .

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae fontibus ad hoc argumentum hauriri queat .

Natura in Physicis pro consuetudine temperamento desumitur ; ita aliquem biliosa esse dicimus natura , aliquem sanguinea , phlegmatica , melancholica &c . in Ethicis vero desumitur pro voluntatis propensione , & saepe etiam pro inclinatione . Quod si inclinatio hac fuerit naturalis , idem est ac propositio , sin autem acquisita , in habitum transit , & virtutem , aut vitium constituit , prout nos in bonum , vel malum impellit . Natura vero eo in sensu , in quo istic accipitur , & quatenus vitae nostrae disciplina corrigenda est , horum omnium quaedam est congeries . Haec proprie est propositio , vel naturalis , aut acquisita inclinatio voluntatis , quae principium habet suum in temperamento humorum , ex quibus corpus nostrum coalescit , & quod qualitatum earumdem est particeps . Hinc vernacula lingua humor alicujus personae dici consuevit ; haec enim vox simul & naturae corporis temperamentum , & moralis inclinatio vocatur . Sed quia homines in vita sua ratione ut plurimum sequuntur humorem , qui in ipsis predominatur , hinc dicimus vulgo alicujus humoris esse boni vel mali , videlicet indolis suavis , asperae , festivae , morosae , tristes , &c .

Quamvis ut plurimum non pauca dicantur , quae aeque indoli , & affectui conveniant , natura tamen , & affectus differunt inter se ; quod operum praetium est animadvertere , ut hoc in argumentatione loquamur . Affectus est anima motus ad boni , vel mali alicujus aspectum cum aperta quadam corporis perturbatione ; quaequidem motus est amor , desiderium , gaudium , spes , odium &c . Haec autem affectus , quicunque tandem ille sit , non est proprie indoles , sed inde fluit : indoles enim numquam se prodit nisi per alicujusmodi affectum , & ad aspectum eorum , quae tanquam bona , vel mala spectantur . Ita indoles in Ethicis idem est , ac in physicis natura ; quaequidem enim natura tanquam physicarum actionum omnium principium habetur , indoles quoque locum habere debet principii affectuum omnium , omniumque actionum in Ethicis .

Particularis persona , quae differat ab aliis omnibus , quae ipsa non sunt , solum quoque habet ingenium a reliquis diversum , & quod omnino particularia in eadem ciet studia ; quod efficit , ut aliis aliis loquantur , ut hi affectus habeant magis tranquillos , alii vero magis violentos , alii majori polleant mentis vi , lumine , & acutissime , alii mentem habeant crassiores , lentiores , stupidioremque , alii festivi sint , hilares , omnibique chari , alii vero tristes , morosi , morosi , intolerabiles pro temperamento , ac humore , qui dominantur in ipsis . Illud etiam considerandum est juxta varias humorum horum immixtionem , quae nostrum constituit temperamentum , & prout majorem hujus , quam alteram copiam habemus , ingenio hominum non solum varia habere studia , sed varie etiam esse modificata , ut cum Philosophis loquar ; videlicet , inter eos qui eidem affectui sunt obnoxii , vel eidem inherant obiecto , alios aliter eidem inherere ; quod efficit , ut tot sint hominum ingenia , quot facies , quarum nulla alteri ad unguem similes est , quod vocamus ingenium , indolem , spiritum , humorem , qui distinguit , & quodammodo caracterem consuevit constituit . Ad haec cum per intervalla in temperamento nostro aliqua fiat mutatio , haec in nostro quoque ingenio deprehenditur , quemadmodum docet experientia , nobis in adolescentia ea inesse studia , quae aetate proveciori non insunt , & quodam tempore nos rebus quibusdam affici , quae alio nihil nos movent . Hinc inferendum est , ad vitam , moremque nostrum referendos quam maxime referre , nosmetipsos cognoscere , ut sciamus , quod nostrum nos impellat ingenium .

Ut nosmet rite cognoscamus , & cognitionem hanc ad vitam nostram regimen referamus , sciendum est .

Quid sit indoles , & natura .

Indoles longe differt ab affectu .

Ingenium hominis , si consideratur tamquam persona particularis , a ceteris differt .

Quae a natura simplici sunt .

Duplex generatim est .

est , id , quod ingenium , vel dominans inclinatio in unoquoque vocatur , ad duo generatim redigi , hoc est ad bonum , malumque ingenium , ad indolem quoque ad bonum , & eam quoque ad malum impellit . Duplex haec ingenii , & eam quoque species totum partitur hominem , atque offendunt , divinam bonitatem non omnia hominibus idem fuisse elargitam ; sed , quemadmodum mala tantum indoles virtuti adversatur , & obicem faluti nostrae constituit , & ut Sanctus Augustinus ait , corrumpit quidquid bonum in natura nostra invenitur , ita haec una nobis oppugnanda est , & subigenda . Et enim quod ad bonum indolem spectat , quae in nobis constituit bonum , atque laudabilem voluntatem fuscendi malum , & bonum operandi , haec non solum impugnanda non est , verum etiam diligentissime excollenda , tamquam arbor , quae egregios valet fructus ferre , atque exercenda , velut frugifer ager virtutum , quae illam perficiant exercitatione .

Constantis est veritas nullam in hoc mundo esse adeo perfectam , egregiatque naturam , quae defectibus careat , & vicium nullam adeo flagrantissimam esse , quae sua non habeat bona , & quae Dei operante gratia quoque nemini deest , non solum in bonum converti valet , verum etiam alia sit quibusdam virtutibus , quae ipsam decent , & quibus alii accommodatae non sunt . Deus enim , qui potentia sua omnes creavit homines , & sua sapientia disposuit , ut haec esset admirabilis ingeniorum varietas , bonitate sua voluit etiam , ut nemini deessent subfidia ad salutem suam operandam , & quaedam etiam particulares ad id dispositiones , & in aliis minimae invenirentur . Ingenia tenera , & ad amorem prona ad pietatem inclinant , facile divina inflammanur charitate , se grata praebent beneficis , quibus divina bonitas ea cumulavit , & in meditatione passionum Domini per dolorem contabescunt ; sed quam aegre se a noxio amore tuentur , qui facile eorum potitur animis , nisi sibi metum caveant , & nisi ab iis abstat obiectis , quos illos seducere , & corrumpere possunt . Ignem naturae facile ingentem zelum concipiunt , & magna pro Dei gloria conantur ; at nihilne ipsis ab hoc naturae super impetu metendum est ? quam vim , ac impotentiam illis suadebit , quae mala parere non consuevit ? Hoc ipsum de omni naturae varietate dicendum est , quod habet communem cum affectibus omnibus , qui illinc oriuntur : in utraque partem eadem uti possumus . Hoc persuasivae esse debet , singulari aliquid inesse boni , quod inservire virtutibus potest , quae illis conveniunt . Amor charitati prodest , ita zelo , tristitia poenitentiae , & sic de ceteris .

Quantumvis improba sit natura , gratis non solum illam potest immutare , verum potest etiam in ipsam studium , ad quae haec ipsa natura nos trahit , ad egregiarum quarundam virtutum exercitationem ; quod Philosophi quidem vocant *artem insipientis* , at tamen videlicet inferendi gratiam naturae , & virtutem causis virtutum . Felicem inseritis sylvestri arbori ferculum ; quid inde ? ferculum hic felix malam arborem corrigit , & mutat ; ferculum insensum , atque truncus sylvestris simul suas virtutes commiscentes efficiunt commune bonorum fructum ex utroque nalcntium principium . Ita aliquando inserit Deus gratiam , & supernaturalia principia virtutum naturalibus ingenio , quae ultra in vitium ruunt , atque haec artem pravam eorum fecunditatem corrigit , ea quae attollit ad ferendos gloriae dignos fructus , quemadmodum videmus in poenitentis Magdalenae , conversae Pauli naturae .

Vix credi potest , quantum natura , ingenium , ac temperamentum in virtute pravaeant , & dominantur ; hinc fit quod non ita facile natura a virtute distinguatur , quae illi conformis est , & ut plurimum utraque simul confunditur . Non desunt enim virtutes quaedam , quae adeo naturalem habent cum peculiari quorundam hominum indole similitudinem , ut omnes fere mortales specie facta sanctitatis decipiuntur , atque naturam , ingeniumque pro virtute desumant . Quomobrem opus est diligenter excutere qua mente actiones singulae fiant : sed magna quoque prudentia est , ac via fimo multo labore virtutum acquirendis , vacare earum exercitationi virtutum , quae sunt naturae nostrae conformes ; etenim hoc pacto minori cum difficultate exerceantur ; facilius a voto cedit , quidquid faciendum suscipitur , constantius in bonis operibus perseveratur , habitus nullo labore contrahitur . Hoc spirituales vitae magistri nos docent ; & hoc praecipuum est axioma , quod exercent in directione animarum , quae eo-

rum curae sunt commendatae .

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aestheticis , nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti .

Haec omnis ingeniorum varietas , quae inter homines invenitur , non secus ac ingens haec rerum creaturarum diversitas , quibus totus terrarum orbis repletur , ab universonum Creatore producte nunquam fuerunt , nisi ut per has infinitae ejusdem perfectiones cognoscerentur , atque ut variis modis ab hominibus ipsi servitus , cultusque adhiberetur . Et profecto quis non admiratur tantam ingeniorum , spirituum , talentorum varietatem ? Quis non videt Nationes , atque Provincias magis ex variis suorum temperamentis , quam ex climate , situque distingui , atque dignosci ? familias quaedam habere naturam , ita sibi propriam , certamque , ut hereditates suas , suaque decora , immo etiam motuum singulos potius ex ingenii sui caractere , quam ex vultus sui lineamentis posse cognosci ? Profecto nihil est hoc miraculo admirabilius , verum si paulisper particulare aeternae bonae Sapientiae consilium considerare velimus , videbimus , quemadmodum ipsa quam divinarum perfectionum speciem praesertim , cum nulla earum omnes valet exhibere , ita omnibus hominibus tribuit ingenia omnia fere diversa ; ab illis enim varia expolit officia , atque exigit , ut unusquisque pro viribus , ingenio , moduloque suo illum colat , ejusque gloriam procuret Veneremur hac in re divinae Providentiae consilium , eo quod voluerit nos hac natura , his qualitatibus , hoc ingenio praeditos nasci ; quia talia a nobis praestabatur officia , & quia vult , a nobis Deum hac ratione glorificari . Mandatis illius acquiescimus , & qui , bonique faciamus hujus naturae munus , quocumque sit , quae ad manu ejusdem proficitur ; profiteamur nos illam , omniaque ejus studia ad majorem ipsius gloriam , atque servitum traducturos ; cogitemus non ideo solum nobis fuisse traditam , ut tales essemus homines in terris , fed etiam ut tales essemus Sancti in caelis , non desse gratias profus peculiares , quibus illa periciatur , quas nobis tantum reservat , & quas nunquam aliis impertiet , ipsum deinde nobis coronam preparare , quae pro nobis tantum facta est , nobisque , si hac ubi fuerimus natura secundum ea , quae de nobis habet consilia , eum gloriam destinare gradum , qui ita nostram decet naturam , ut nostrae tantum personae sit proprius . Ex Sermone 21 . de Ordine P . Hainewee , ubi hoc Argumentum sibi pertinetur .

Divinae Potentiae vestigia quaedam reperimus in sublimibus , ac generosis ingenio , quae ad magna tantum contendunt , & quae nihil nisi summis laudibus celebrandum possunt efficerere . Bonitatis ejusdem lineamenta quaedam deprehendimus in officiosis , ac liberalibus naturis , quibus nihil antiquius est , quam aliis gratificari . Sapientiae intuemur indicia in ingenio prudentibus , atque consultivis , quae ita negotia dirigere norunt , ut ipsi , quinam illorum futurus sit exitus , praenoscere videantur . Justitiae ejusdem quaedam videmus vestigia in rectis , & aequis ingenio , quae rebus in omnibus se aequos iudices praebent , quin veli utitas , vel favor in neutram partem eadem impellat , & quae nec minimum quemlibet defectum sui condonant . Denique nulla natura est adeo parum Dei munere cumulata , quae non deferat semper signa quaedam infinitae ejus naturae , quae ideo haec illis impellit , ut possent aliqua pulchritudinis lux gerere lineamenta . Licet enim hujusmodi infelices naturae non deserant aperitissimos divinitatis characteres , at tamen quaedam velut umbrae sunt , quibus aliae magis commendantur . Idem .

Industrius homo , qui alicujus amorem sibi conciliare studet , atque in ejus amicitiam sibi aditum aperire , in id potissimum incumbit , ut naturam ejus scrutetur , ingenium , ac studia deprehendat , ut in cor ejus vitam sibi pandat , quod illac semper maxime pater , ceteris vero ex partibus clausum ingenium est . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere .

Deus divinos suos perfectiores ostendit in humanorum ingeniorum varietate .

Ejusdem argumenti .

Ad hominem conat .

ut Deus, & dæmon, qui de cordis nostri possessione decertant, atque illud fingunt in partes suas pertrahere conantur, hac eadem arte uti velint. Deus enim, qui perfecte novit omnia ejus cordis consilia, quod ipse creavit, ideoque scit quam via sibi sit insistentem, ut de illius remissione, & oblatione triumphet, aptat, & accommodat gratias suas ejusdem ingenio, atque opportunitate præstat ut momentum, quo videtur futurum, ut cor hoc sit ad ipsum excipiendum paratum: Dæmon vero, qui nihil relinquit inausum, ut cor ipsum fallat, non aliam aptiore invenit viam, quam illius naturam explorare, ut ea ipsi præsentent objecta, quibus alliciat, certus se hac arte illud decepturum, atque in laqueos suos pertracturum. *Auctor Anonymus.*

Ad vitæ, morumque nostrorum regimen procul dubio quam maxime referat nosmetipsos serio explorare, & naturam nostram attente perspicere, vide licet studia nostra, & ingenium. Mirum sane est, quod in hac re, quæ ad nos potissimum spectat, præ nobis alii sint oculatores, & vicissim nos majori cura alios inspicere, & eorum studia, ingeniumque, quam proprium, velimus cognoscere. Et profecto nosmetipsos satis proximis aliis eo dolore, quem alii morosum, asperumque ingenium nostrum parit; servi concuruntur, amici offenduntur, & illi omnes, cum quibus versamur, illud assequuntur. Ubi his, aut ter cum aliquo egimus, ut duo, aut tria cum aliquo negotia transegerimus, videmus statim, quo illum sua præcipua natura, quam re afficiatur, & mox illius imaginem effingimus, quæ eundem ad vivum representat; atque in hac re non sine summa cura procedimus, ne decipiamur. Verum enimvero nobis suspensus cognitionem scientiamque esse omnium non solum maxime necessariam, sed difficillimam. Assumo autem, scientiam hanc adeo necessariam, & parum adeo exploratam, & ad quam ceteræ sunt referendæ, in eo positam esse, ut non naturam tantum nostram, facultateque animæ, & corporis, ex quibus constat, investigemus, verum etiam ingenium, inclinationem, indolem, studia: hac enim regenda sunt, ut vitam rationalem hominem, & multo magis Christiano dignam vivamus. Hinc cognoscite, quante sit utilitas ingenium suum probe cognoscere, ut quod in illo pravum est, corrigatur, quod vero bonum, excolatur.

Plurimum profecto discriminis interest inter eos, qui Ethicæ disciplinæ principia, & conclusiones non dumtaxat ex librorum lectione, & eos, qui experientia docti hæc sciunt, atque ex motuum cordis sui examini, atque serâ consideratione didicerunt. Si enim primi possunt melius hominis naturam, proprietates, operationes, passionēs, & motus appetitus definire, generatim cognoscunt quid sit homo, quid cum aliis hominibus, immo cum rebus quæ etiam animantibus habeat commune. Verum si eos interrogetis quid ipsi sint, qua in re ab aliis hominibus sint distincti, & quanam sit peculiaris eorum character, fateri tenentur, curtam esse, ac modicæ utilitatis scientiam suam, eo quod se ipsos non norant. Sed quam via, qua ratione cognitionem hanc assequi possunt? Ego dico, o Fideles, hanc obtineri, si ab effectibus de causa judicium feratur, videlicet si communes actiones nostras consideremus, cogitationes, quibus sæpius mens nostra vacat, verba, quæ ne cogitantibus quidem elabuntur, affectus, qui nos perturbant, vitia, quibus sumus magis obnoxii, quippe natura, ac ingenium nostrum harum rerum omnium principium est, & causa, quæ sese per effectus maxime prodit. *Idem.*

Si natura nostra egregie uti ciremus, atque ea scrutari possemus consilia, quibus nos ad sanctitatem, sublimioremque virtutis gradum Deus cupit evehere, brevi sane ad perfectionem progredieremur, atque sine multo labore ad eminentem gloriæ gradum perveniremus. Sed ut plurimum ita nostrum metipsum nostraque felicitatis inimici sumus, ut sæpe nosmet perdamus per ea, quibus maxime uti deberemus, ut in supremi Domini gratiam procederemus, cui omnem operam, laboremque nostrum dicare non decet. Etenim quin naturalibus studiis utamur, ut gratiæ motibus vellicemur, quæ quidem cum illis fœdus ferre gessit, atque hoc pacto nos sternere viam Cæli, ac virtutis, quæ illuc adducit, nos ut plurimum isdem utimur, ut Divini erga nos consilii resistamus, sanctis gratiæ motibus oblectemur, & verbo, ut rebellemus contra Creatoris nostri consilia, qui nobis naturam tribuit

Naturam nostram investigare debemus, ut vitam nostram cognoscamus. Natura nostra, quæ ad nos potissimum spectat, præ nobis alii sint oculatores, & vicissim nos majori cura alios inspicere, & eorum studia, ingeniumque, quam proprium, velimus cognoscere. Et profecto nosmetipsos satis proximis aliis eo dolore, quem alii morosum, asperumque ingenium nostrum parit; servi concuruntur, amici offenduntur, & illi omnes, cum quibus versamur, illud assequuntur. Ubi his, aut ter cum aliquo egimus, ut duo, aut tria cum aliquo negotia transegerimus, videmus statim, quo illum sua præcipua natura, quam re afficiatur, & mox illius imaginem effingimus, quæ eundem ad vivum representat; atque in hac re non sine summa cura procedimus, ne decipiamur. Verum enimvero nobis suspensus cognitionem scientiamque esse omnium non solum maxime necessariam, sed difficillimam. Assumo autem, scientiam hanc adeo necessariam, & parum adeo exploratam, & ad quam ceteræ sunt referendæ, in eo positam esse, ut non naturam tantum nostram, facultateque animæ, & corporis, ex quibus constat, investigemus, verum etiam ingenium, inclinationem, indolem, studia: hac enim regenda sunt, ut vitam rationalem hominem, & multo magis Christiano dignam vivamus. Hinc cognoscite, quante sit utilitas ingenium suum probe cognoscere, ut quod in illo pravum est, corrigatur, quod vero bonum, excolatur. Plurimum profecto discriminis interest inter eos, qui Ethicæ disciplinæ principia, & conclusiones non dumtaxat ex librorum lectione, & eos, qui experientia docti hæc sciunt, atque ex motuum cordis sui examini, atque serâ consideratione didicerunt. Si enim primi possunt melius hominis naturam, proprietates, operationes, passionēs, & motus appetitus definire, generatim cognoscunt quid sit homo, quid cum aliis hominibus, immo cum rebus quæ etiam animantibus habeat commune. Verum si eos interrogetis quid ipsi sint, qua in re ab aliis hominibus sint distincti, & quanam sit peculiaris eorum character, fateri tenentur, curtam esse, ac modicæ utilitatis scientiam suam, eo quod se ipsos non norant. Sed quam via, qua ratione cognitionem hanc assequi possunt? Ego dico, o Fideles, hanc obtineri, si ab effectibus de causa judicium feratur, videlicet si communes actiones nostras consideremus, cogitationes, quibus sæpius mens nostra vacat, verba, quæ ne cogitantibus quidem elabuntur, affectus, qui nos perturbant, vitia, quibus sumus magis obnoxii, quippe natura, ac ingenium nostrum harum rerum omnium principium est, & causa, quæ sese per effectus maxime prodit. Si natura nostra egregie uti ciremus, atque ea scrutari possemus consilia, quibus nos ad sanctitatem, sublimioremque virtutis gradum Deus cupit evehere, brevi sane ad perfectionem progredieremur, atque sine multo labore ad eminentem gloriæ gradum perveniremus. Sed ut plurimum ita nostrum metipsum nostraque felicitatis inimici sumus, ut sæpe nosmet perdamus per ea, quibus maxime uti deberemus, ut in supremi Domini gratiam procederemus, cui omnem operam, laboremque nostrum dicare non decet. Etenim quin naturalibus studiis utamur, ut gratiæ motibus vellicemur, quæ quidem cum illis fœdus ferre gessit, atque hoc pacto nos sternere viam Cæli, ac virtutis, quæ illuc adducit, nos ut plurimum isdem utimur, ut Divini erga nos consilii resistamus, sanctis gratiæ motibus oblectemur, & verbo, ut rebellemus contra Creatoris nostri consilia, qui nobis naturam tribuit

conformem iis finibus, quos ab æterno pro nobis disposuit. Et sane constans est veritas, Deum, qui melius cor nostrum novit, quam hoc seipsum novemur, quandoquidem efformavit illud, atque in illo naturales hæc inclinationes impressit, ut illud ad eum finem deduceret, ad quem destinavit illud. Deum inquam, qui sincere salutem nostram cupit, eidem consequenter tribuere adimicula maxime efficaciac, quæ quidem non aliud funt, quam hæc gratiæ ejusdem ingenio, ac nature conformes quibus, si cor nostrum fideliter responderet, nulla ex his gratis non esset efficac, nulla ex his inspirationibus inutilis, nulla, quæ suo careret effectu. Quod si Deus studiis nostris indulgere dignatur, ut illis suas accommodet gratias, quibus nos ad suam tractat servitutem, nonne æquum est, ut nos studia gratiæ ipsius nos attrahentis accommodemus? Si hac in re non designatur naturam nostram sequi, ut facilius aditum in cor nostrum inveniat, nonne æquum est, ut voluntatis ejus sequamur, quandoquidem hac in re voluntas concordat, & nonne hæc admirabilis est divinæ bonitatis erga nos indulgentia? Quid autem, ut tanto beneficio partes referamus gratias, minus efficere possumus, quam naturalibus studiis uti, ut Dei gratis conscientiam, quemadmodum gratiæ, & inspirationes illius nostris utamur, ut nos ad ipsius pertrahat servitutem? *Idem.*

Natura nostra cognitio non mediocriter est ad malum quidem fugiendum, bonum vero amplectendum ratio, & utilitas; si enim hæc natura in bonum fertur, ratio gratia ex bonis illius utitur studiis, ut agat, ea ex naturalibus efficiens facta per electionis suæ libertatem, & agens, non quia facta studiis nostris consentiant, sed quia studia nostra recte rationi, quæ lex est æternæ, consentiunt. Quod si natura hæc mala est, videlicet in malum propensionem non sentiat, licet non omnes in omnia, immo neque in eadem vita ferantur, particulari huic inclinationi ratio nostra fidere nequaquam debet, postquam illam detegere studuit; etenim per illam appetitus rebellare contendit, per illam demum sæpius impetum facit, per illam denique omnia incipiunt mala. *P. Hainewie Sermone 21. de Ordine.*

Præter naturalem inclinationem, quæ nobis cum omnibus hominibus communis est, nosmet inordinatè amandi, & nimis festinatione temporalia honoris, honores, & vitæ voluptates querendi habemus adhuc naturam, ingeniumque omnino peculiare, quod inclinationi cum aliis communi addit pondus, quo violenter rapimur ad quoddam vitiatorum genus, vel saltem quo longe alia ratione, quam homines reliqui, illic pertrahimur. Quemadmodum enim habemus nature temperamentum & corporis qualitatem omnino particularem, habemus etiam naturalem propensionem erga ea, quæ ad motus, vivendique rationem pertinent, ita nobis propriam, ac personalem, ut per illam ab aliis distinguamur quæ facile ac per oris lineamenta, vocique tonum dignoscimur. Cum autem naturalem temperamentum corporis nostri potissimum ab excessu cuiusdam ex quatuor humoribus, ex quibus constat, in nobis prædominantis oriatur, ita naturalis animæ nostre inclinatio prædominantis humoris vim sentit, atque potentius ad illud concupiscit, vitiosique genus nos impellit, quod cum corporis nostri constitutione majorem habeat rationem, & sympathiam. Hinc sequitur, ei, qui salutem suam operari, vitam, moreque suos regere studet, invigilandum esse, ut eo majori cura, atque solertia suam naturam subigat, quo majorem hæc impetum habet; alioquin dubitari non potest, si hæc vigilantia, & diligenter deservit, illum quocumque in statu majus saluti sue obtaculum esse inventurum. Hæc via illa est, de qua Dei Filius loquitur, quæ legitur, Cælorum rapitur; hæc illa est, quam nobismetipsis inferre debemus, ut regni illius possessionem acquiramus. Opus est necessario, ut vel natura regatur & ratione, & gratia, vel contra rationem, & gratiam natura nos regat. *Idem in libro, qui inscribitur, Le grand Chemin, qui perd le monde, parte seconda, propositione secunda.*

Insignis prudentiæ effectus est, atque sapientis ac indolentis.

Bona, quæ ratio, & utilitas, si natura nostra, quæ ad nos potissimum spectat, præ nobis alii sint oculatores, & vicissim nos majori cura alios inspicere, & eorum studia, ingeniumque, quam proprium, velimus cognoscere. Et profecto nosmetipsos satis proximis aliis eo dolore, quem alii morosum, asperumque ingenium nostrum parit; servi concuruntur, amici offenduntur, & illi omnes, cum quibus versamur, illud assequuntur. Ubi his, aut ter cum aliquo egimus, ut duo, aut tria cum aliquo negotia transegerimus, videmus statim, quo illum sua præcipua natura, quam re afficiatur, & mox illius imaginem effingimus, quæ eundem ad vivum representat; atque in hac re non sine summa cura procedimus, ne decipiamur. Verum enimvero nobis suspensus cognitionem scientiamque esse omnium non solum maxime necessariam, sed difficillimam. Assumo autem, scientiam hanc adeo necessariam, & parum adeo exploratam, & ad quam ceteræ sunt referendæ, in eo positam esse, ut non naturam tantum nostram, facultateque animæ, & corporis, ex quibus constat, investigemus, verum etiam ingenium, inclinationem, indolem, studia: hac enim regenda sunt, ut vitam rationalem hominem, & multo magis Christiano dignam vivamus. Hinc cognoscite, quante sit utilitas ingenium suum probe cognoscere, ut quod in illo pravum est, corrigatur, quod vero bonum, excolatur. Plurimum profecto discriminis interest inter eos, qui Ethicæ disciplinæ principia, & conclusiones non dumtaxat ex librorum lectione, & eos, qui experientia docti hæc sciunt, atque ex motuum cordis sui examini, atque serâ consideratione didicerunt. Si enim primi possunt melius hominis naturam, proprietates, operationes, passionēs, & motus appetitus definire, generatim cognoscunt quid sit homo, quid cum aliis hominibus, immo cum rebus quæ etiam animantibus habeat commune. Verum si eos interrogetis quid ipsi sint, qua in re ab aliis hominibus sint distincti, & quanam sit peculiaris eorum character, fateri tenentur, curtam esse, ac modicæ utilitatis scientiam suam, eo quod se ipsos non norant. Sed quam via, qua ratione cognitionem hanc assequi possunt? Ego dico, o Fideles, hanc obtineri, si ab effectibus de causa judicium feratur, videlicet si communes actiones nostras consideremus, cogitationes, quibus sæpius mens nostra vacat, verba, quæ ne cogitantibus quidem elabuntur, affectus, qui nos perturbant, vitia, quibus sumus magis obnoxii, quippe natura, ac ingenium nostrum harum rerum omnium principium est, & causa, quæ sese per effectus maxime prodit. Si natura nostra egregie uti ciremus, atque ea scrutari possemus consilia, quibus nos ad sanctitatem, sublimioremque virtutis gradum Deus cupit evehere, brevi sane ad perfectionem progredieremur, atque sine multo labore ad eminentem gloriæ gradum perveniremus. Sed ut plurimum ita nostrum metipsum nostraque felicitatis inimici sumus, ut sæpe nosmet perdamus per ea, quibus maxime uti deberemus, ut in supremi Domini gratiam procederemus, cui omnem operam, laboremque nostrum dicare non decet. Etenim quin naturalibus studiis utamur, ut gratiæ motibus vellicemur, quæ quidem cum illis fœdus ferre gessit, atque hoc pacto nos sternere viam Cæli, ac virtutis, quæ illuc adducit, nos ut plurimum isdem utimur, ut Divini erga nos consilii resistamus, sanctis gratiæ motibus oblectemur, & verbo, ut rebellemus contra Creatoris nostri consilia, qui nobis naturam tribuit

inducium consilii in id incumbere, ut natura, studiumque nostra statui, conditioni, ac muneri nostro accommodentur, ita ut iis tantum vacemus, quæ ad unam ex tribus hinc referuntur. Namque illane res est, quæ majorem consuetudinationem, quæ majorem sibi conciliet contemptum, quæ magis mortalium omnium censuræ se obicit, quam videre hominem alicui mores præferre, mundi ritus affectare, postquam Ecclesiasticam amplexus est professionem? Alium privatas persequi injurias, cum Magistratus auctoritatem obinet, atque juris dicendi provincia eidem est demandata? Alium denique se nobilem ostentare, cum nullum a natura bonum sortitus sit? Suam hujusmodi in occasionibus invidiam, atque suo ingenio obtemperare, idem est ac aliam personam induere, ut omnino illius ab eo, qui est, videaris; omnes urbanitatis leges subvertere, ac sese omnino insanum declarare. Quamobrem cum omnes ætatis industriaque nervos intendere debeamus ut naturam nostram formemus, vel reformemus, cum aliquid in illa residendum, & corrigendum est, nihil æquius est quam illam statui, & conditioni nostre conformare ad majorem ejus gloriam, qui nos ad hunc statum nasci voluit, atque naturales nos contulit qualitates, ut illius adimplemus officia. Et profecto si eo constitutus in loco sum, ubi teneat eos admittere, ac audire, quibus necum res erit, nonne mihi naturalis cohibenda est inclinatio, qua fortasse recessum, & quietem diligo? Si Ecclesiasticus, vel Regularis sum, atque natura mea me in hominum cœtus, & sodalitates trahit, nonne opus est, ut meam vivendi rationem statui mei muneribus conformare percipiam? Si ad aliquem dignitatis gradum evehctus sum, nonne opus est, ut natura mea nimium levis, & facilis se ad eam gravitatem componat, quæ ad decorem servandum requiritur? Si superbus sum, ingenioque tumido, & conditio mea obedientiæ, atque submissioni me subdat, nonne opus est, ut naturam hanc cedere, ac sese submittere cogam? Si in foro aliquo judicis munere perfungor, atque ea indole sum, qua aliis placeo, omnibus gratificari gessio, nonne opus est, ut severior sim, ut utrique parti æquum me judicem præbeam; ideoque confusum nihil gratiæ, nihil favori tribuere, licet amici, optimis, potentis alicujus viri precibus, commendationibus, imperiis solliciter? *Ex eodem partim in compendium coactum.*

Licet sua pennis sit consulenda natura, ingeniumque, ubi semper, & vitæ hujus status eligendum est; sapiens nihilominus consilium est nihil secundum naturæ impetum, libidinemque in hujus muneris exercitatione aggredi: sed semper secundum rationis, officiosque normam operari, alioquin periculum adest non solum graviter peccandi modo per negligentiam, modo per festinationem iuxta ingenium, quod nobis adest, verum etiam omnem vitæ nostræ rationem perturbandi: ita ut omne actionum meritum amittatur, quin Christiano more, & secundum gratiæ lumina agamus, & quin ut hominem decet operemur, cæcæ secuti naturam brutarum instar, quæ naturæ suæ insistentium tantummodo sequuntur; quod proculdubio gravissimum est vitæ nostræ malum, longe perniciosiores gignens effectus. *Idem.*

Qui pravum habet ingenium, & malicæ naturam, hæc res est cum valido, & periculoso inimico; quamvis enim verum sit, eos omnes, qui ab ipsa nativitate improbam indolem sortiti sunt, non semper improbos esse; omnium tamen hominum docet experientia, indole hæc illos in malum ferri, ac fere semper a virtute deflecti. Hic domesticus hostis est, qui vel idem est cum concupiscentia, quæ in malum nos rapit, vel saltem qui ejusdem fructus est ex infelicis ea radice in lucem editus, & educatus. Quamobrem non minus hunc hostem oppugnet, & superare teneatur, quam maxima quilibet vitia: quia nos ad illa impellit; quia cum illis conspiratione facta consentit, & cum vitium ingenio, ac naturæ nostre conformare est, longe difficilior est ad illa abstinere. Bona indoles et contra, locupletat naturam proculdubio insigne Dei munus est, in nobis nobilem constituens inclinationem, quæ malum quidem lugimus, bonum vero operamur. Hæc autem natura non solum oppugnanda non est, sed immo diligentissime excolenda velut arbor, quæ eximios potest ferre fructus; sanctificanda est nobilissimarum virtutum exercitacione, atque attollende actiones, quæ naturales, ethicæ quæ tan-

demmodum sunt, cum ratione, atque natura duce sunt, non autem ob causas proliis supernaturales. *Liber, cui titulus: La Guerre aux vices, prælio 49.*

Cetero certius est, egregiam naturam eximium Cæli munus esse, ab hominum sapientissimo inter præcipua Dei beneficia adnumeratum: *Scriptura sum animam bonam, eamque Theologi inter prædestinationis signa recensent, Et constat ratio; bona quippe natura non aliud est, quam docilitas quadam in iis omnibus, quæ recta ratione docentur; & cordis inclinatio, atque propensio bonum quidem appetens, malum autem perhorrens: quæ quidem optima est ad morales virtutes dispositio, & facili negotio ad christianam, & supernaturalem virtutem deinceps attollitur. Accidit tamen eventu contrario, qui offendit, Deum nulla facilitate naturæ, quæ in nobis eniteat, sed unice mera ipsius misericordia; & bonitate ad gratias suas nobis largiendis excitati: accidit, inquam, egregiam quamlibet naturam, non ideo semper gratiæ muneribus esse cumulatum. Quot enim videmus, qui per ignaviam inutiles efficiunt egregias dotes, quibus ab ipsa natura donati fuerunt, vel etiam qui illas in interitus sui instrumentum convertunt? Quosdam videmus, in quorum fronte pudorem, atque modestiam depictam esse fateris; pietatem in corde impressam, atque sculptam; quosdam, quorum animos fortitudo videtur ita confirmasse, ut nullis unquam terretur possint periculis; & in quibus possumus admitti: actas, quam satis nunquam possumus corruptam, satis nonnunquam est cum pravis hominibus societatem inire, vel malum aliquid obicere intueri. *P. Antonius a S. Martino a Porta ex Carmelitarum Familia parte tertia ejus libri, qui inscribitur: La Conduite de la Grace, Traicté 1. art. 2.**

Nulla natura ita est in bonum proclivis, & in virtutem prona, quam vitium corrumpere nequeat, & quæ gratiæ auxilio, & singulari Cæli protectione non egeat, ut se tueatur, & qua homines passim non abutantur. Aliunde requiritur ad hoc probandum argumentum, quam vos ipsi, Auditores, si ita infelices vestris, ut optimam vitæ vestræ partem inter vitia, & crimina transigeretis? Deus vobis sublimem, & perspicacem mentem concesserit, quæ difficillima quæque penetrare possitis; ut Dei magna meditaretur, atque ita dignum gloriæ ipsius instrumentum fieretis; vos autem illam adhibuistis, ut novos ejus lædendi modos excogitaretis: vobis generosum tribuerat animum, quo affectus vestros lenare possitis; eodem vero estis uti contra mentem ipsius, atque uti divinis voluntatibus ejus vosmet opponeretis: vobis ingenium mite, ac facile, jucundum, officiosumque largitus indolem fuerat, & quæ hac uteremini, ut alios ad virtutem pertraheretis, vosmetipsos voluptatum illecebriis trahitis; vobis omnibus naturæ bonis, totidem veluti Cæli muneribus cumulati fuistis; quæ vobis maximum ferre poterat operam ad Cæli ipsius acquisitionem promerendam; hæc enim mente vos illis cumulaverat Deus: sed hæc omnia non profuerunt, nisi ut vos nocentiores, & innoxios vestris magis efficieret inexcusabiles. Quam enim excusationem afferre poteris Deo erga vos adeo liberali, postquam beneficiis adeo eximius vosmet ingratos præberitis? Quid illi respondebitis obicienti innumerum mortales, qui saluti suæ consulerunt, licet tot bonis, atque auxiliis caruerint? Quis pudor, quæ poenitentia, quod tot salutis admicula in irritum abire passi estis; quod in æternam calamitatem lapsi estis, cum adeo facili, modicoque labore salutem vestram operari poteratis; quod in ea scelera cecidistis, quæ vos ipsi horrebatis, & quæ iterum animo repetere non poteratis, quin rubore plurimo suffundamini: qui adhuc effectus est bonæ indolis, quæ toties abusi fuistis: *Quomodo cecidisti de Cælo Lucifer? Heu felix ingenium, quod ita corruptis fuisti? Egredia indoles, talentum tam variis muneribus aptum; quoniam hæc omnia bona abierunt? Perdidisti in decore tuo sapientiam. Hoc ingenium vestrum, hæc natura facilis, & jucunda, hæc egregia indoles vestra vos perdidit; non enim illa in eum finem uti estis, propter quem a Deo receptoratis. *Desumptam partim ex eodem.**

Si in variatam naturarum divisione a Deo instituta, felix nobis fors obtigit, & singulari gratia ad bonum impellimur; si temperamentum, & indoles nostra nos arceat ab iis vitiis, quibus plurimum sine vitæ recedenda, metueque seipsum mancipant; si malum ita perhorrescimus, ut ne miniam quidem

Natura bona cessat manus est sed facile eadem abutitur. Sep. 8.

Deo distribuitur sed ratio, nec si natura nostra non sit nisi uti fuerit.

Ipse etiam bona natura ac regenda est prudentia, & ratione perniciosa.

Exib. 18.

Ipse etiam bona natura ac regenda est prudentia, & ratione perniciosa.

E e e dem

videatur ratio decies in singulos dies ingenium mutandi. Non delent alii, qui, cum malo possidentur ingenio, omnia improbant, atque vituperant, nihilque bonum, vel speciosum inveniunt; & qui e contra, ubi jucundo, hilarique ingenio sunt, omnia temere laudant; & nihil improbandum existimant.

Ex Anonymo Auctore.

Queris, quod tibi molesti sint homines, atque te ad iracundiam provocare conentur; verum nonne improbitas tua has tibi molestias conciliat? Queris quod tibi fidem abrogent, quod te lasciant; sed mores tui inurbani, atque inofficiosi, hanc tuam agendi ratio, quae tot ornatiſſimos viros flocci facere videris, nonne tua officium existimationis? Queris, quod te vitent, atque tecum necessitudinem inire detraherent; et, nonne ex illis es alienarum voluptatum obſcurus, qui caeciora nota, fermonibus, improbiſſime iudicis virus adspersum suavitati integerrimarum, sanctissimarumque societatum? Queris, quod ea in domo, ubi a nutu tuo omnia pendere debent, te inconsulto fiant omnia, atque in odium tui omnia fieri videantur; verum nonne ex eorum es numero, qui contradictionis spiritu nunquam in aliorum abeunt sententiam, vel qui ita mordicus suo inhaerent sensui, ut inde nunquam divelli patiatur? P. Aurelianus in sermone de amore proximi.

Tributa nonnumquam diffidentiae cogitationes immittit, atque fidem labefacit. Solitudo in delictis habitat, tristes tantum cogitationes aluntur, futurum tantummodo cogitatur iudicium, minx, quas peccatoribus intemat Deus, inevitabilis eas effugendi necessitas, infirmitas subsidiorum, quibus adjuvi illas evitare valeamus. Non solum propriis diffidimus viribus, qui quidem humilitatis quidam veluti sensus habetetur, sed divina etiam gratia, qua impia est diffidentia. Imaginatio sevellet, turbatur, terrorem incutit; minimum quodlibet crimen augeatur, atque sit inevitabilis causa damnationis; perterrita conscientia, nullumque vel ab homine, vel a Deo auxilium nata vergit in desperationem. Auliana tetra hoc obſecta ingenio nihil in se reperit, quod ipsius dolorem non augeat. Ex libro, cui titulus: Tractatus de Conscientia, lib. 2. cap. 2.

Quod egregiam qualibet naturam corrumpit, vitium est, quod pravis habitibus suis, Deique supplicio penitus pravertit hominem, qui se eidem mancipavit: ita ut qui exempli gratia itatus est, fatens fiat; quemadmodum e contra virtus illum perſicit, & mirum in modum commendat effectu quodam, qui ipsius proprius est, & praeio, quod tribuit Deus illis, qui sese in eadem exercent. Auctor Anonymus.

Insigne profecto bonum est sine labore in virtutum pronum esse, atque mihi videtur hic esse fluxus lenis, atque tranquillius, qui naturalem fecundum cursum inter ripas virentes, floribusque depictas suaviter defluit. E contra vero illi, qui rationis usu virtutum affectu praereliquis magis praecura opera efficiunt, mihi videntur tamquam adspersiones illae, ubi ars naturae vim facit, & quae postquam in Coelum usque salientes ascenderunt, saepe ad minimum quiescunt obſcurum defluere. Non defunt homines, quorum qualibet studia bona sunt; sed qui, eo quod superiori quodam spiritu destituti sunt, in quadam virtutis mediocritate consistunt, quae efficit, ut ita dicam, ut in studiis optimis dormitent, quin super ceteros sese attollere queant. Deinde vero proprie loquendo insignem non meretur laudem, qui sua trahitur natura ad aliquid boni faciendum. Nascitur cum his studiis, quae nobis immittere Saperis placuit; neque eorum vel laudis, vel probi in partem accedimus, nisi ex quo rationis usus compotes sumus. Ad id usque tempus omnia nullo nobis funt in discrimine; deinceps vero sumus rationem reddituri eorum omnium, quae vel bene, vel male gefimus. Tunc nostra refert videre quanam studia sequi, quanam impugnare debeamus, & postquam verum gloriae cognoverimus iter, in eo incedamus, quocumque in nobismetipsis repugnantia juveniantur. Ex Anonymo Auctore.

Vix indignis hic vir primos pueritiae attigit annos, cum plurima tradidit suae pietatis indicia, atque ea in aetate, ubi in aliis natura vix suam ostendit industriad, gratia provectus adificium ostendit. Qualibet perfecti viri facta admirabatur in puero, atque in ipsa aetate imbecillitate elucebat spiritus subtilis, & acer. Ibi praecox videbatur virtus, quae nihilominus nullis obnoxia defectibus deprehendebatur. Inter tot praesagia, quae polliceban-

Prava natura nostra efficit, ut omnia a nobis laetantur.

Ingenium vultu pietatis oppositum.

Vitium est, quod pravis habitibus suis, Deique supplicio penitus pravertit hominem.

Egregia ledolis bona.

D. scriptio naturae in virtutum pronum.

commodaque natura facile alieno imbuere sensus, bona erit cum iis, qui virtute sunt praediti, flagitiosa cum perditis; fors, occasio, fodalitates illam pro te nata malam, improbamque efficiunt. Igitur colenda est, gratiae ope confirmanda, bono exemplo, christianarumque virtutum exercitatione regenda. Idem.

Cogitate quantum requiritur labor, ut ex infirmi trunci, rudique marmore egregium simulacrum educatur. Comparationem hanc nostro argumento applicate; iam nobis suggerit Augustinus, atque se ipsius probat in exemplum. Eram, inquit ille, difformis arboris truncus, nulli utilis rei, nisi in ignem coniciendus; cum divina tua gratia, Salvator adorabilis, me vidit in nemore, cumque praevidisset, se ex hoc truncu efficere posse imaginem, quae te referret, inſorme hoc lignum, quod minime merebatur, ut in eodem tuus labor exerceretur, summa cura dolavit. Truncus hic ingratus, ac stupidus cum gratiae lineamenta reciperet, istibus ejusdem obtulit, manaque repulsi, a qua egebatur. Quot divinae hujus gratiae ictus in irritum abiit? Quotum ille restitit tibi? Arboreus tamen truncus, ac lapis nonnulli sua duritia obſtatur; sed artificis manum minime fugit, esse contra eundem insurgit; gravissima etiam patitur vulnera, quocumque in parte fecerit. Ego vero toties gratiae tuae obſtatur sum, illam repuli, illam elasi, istum ille obſtatur. Ita praeter propter Sanctus Augustinus laborem, qui ad efficiendam naturam bonam requiritur, exprimit; bonum nonnulli summa cum difficultate illic ingreditur, cum interim malum ibi semper facilem sibi aditum inveniat. Idem.

Ut ea corrigatur natura, quae violenta est, aspera, iracunda, impudica, aut in aliud quodlibet vitium pronam, necessarium cum gratiae operatione hominis etiam cooperatio requiritur. Quomodo autem? per aetate contrarios asperitatis, iracundiae, impudiciae; contrarium enim nonnulli aetate contrario corrigitur. Opus est, ut natura haec iracunda, violenta, impudica lenitatis, patientiae, ac temperantiae actibus exerceretur; quod ita necessarium est, ut aliquid, quod petitur, neque obtineri. Verum ut illo fiat, ulloque opus esse conatu arbitramini? Hec! Hae sola cogitatio, quod nobismet vim debeamus inferre, terrorem incutit; ubi addit occasio, vix ad breve tempus intervallum affectum compescere, vocem cohibere, ac nos prohibere possumus, quominus aliquo gestu, qui elabatur, nostram significemus iracundiam. Quid ergo erit contrarios aetate efficiere, in labiis mellita duntaxat, officioſaque habere verba, injuriam illatam pati, hilari vultu eos, a quibus contumelias atticimus, excipere? Idem.

Passione interdum movemur, & zelum putamus, inquit Auctor de imitatione Jesu Christi. Nonnumquam passionem ipsam zelum esse arbitramur, & saltem, Sancti Joannis, Fratrisque ejusdem, qui de Coelo ignem detrahere cupiebant in quodam Samaritanis oppidum, quod fores fuo obstruxerat Praeceptoris, hoc satis probat exemplum; uterque enim ab ipso Deo Filio correpti fuerunt: Nescitis cuius spiritus estis. Quod Sanctus hic Vir de zelo ait, dici quoque potest de iis omnibus, quae a nobis fieri bona videntur secundum ingenii felicitate inclinationem, & studia. Passio plerumque, natura, mera humana ratio nos agit, non autem gratia; & quod haec satis distinguere non possumus naturalem hunc sensum pro supernaturalis virtutis habitu accipimus, & nihil pro caeleſti gloria mereatur. Natura bona iis, quae ad Deum pertinent, afficitur; sicut ex oculis lacrymae, ubi audivit Dominicae passionis historiam. Haecine vera pietas est? Nonne hic sensus est tenax indolis, quae ad ea objecta, quae misericordiam cieie conſuevit, maxime haecitur? Si non ita facile altera ab altera operatione distinguitur, si in hoc fit est differitio spirituum, quae est scientia eorum, qui in viis Domini illuminati sunt, & qui jam perfectionem attingere, putasse in praxi te minus illusioni obnoxium fore, si propriis confidas luminibus, aut illuminati Directoris consilia sequaris? Tandem fieri potest, ut natura in bonum proclivis salutis animarum, ac reformationis morum zelo succensa videatur, severiorem tantummodo sequatur medicinam, ac bellum indicat cuilibet relaxationi, veteris duntaxat penitentiae rigores loquatur, abſolutiones negat, anathemata, reformationes, austeritates. Hicne verus est zelus? Haecine scintilla est divini illius ignis, quem Dei Filius in ter-

Summus requiritur labor, ut ex infirmi trunci, rudique marmore egregium simulacrum educatur.

Difficilis corrigendi naturam violentam, ac vitiosam.

Sepe naturae studium gratiae est, quod dicitur putamus.

Ingenium in vita Proprium, ubi ad virtutem sese convertat, collatius est.

Ingenium magis suave, com- modum & his magis colendissimum, quodlibet maxime asperum, atque in- docile.

Ingenium magis suave, com- modum & his magis colendissimum, quodlibet maxime asperum, atque in- docile.

ras attulit, & quo mortalium omnium corda conflagrare desiderat? Equidem neficio: aliqua profecto species veritatis adest; sed vereor, ne immodico huic zelo sese immiscet natura; vereor ne ingenium asuraliter feverum, & ferox, ardens temperamentum, ac bilis accensa principium fit horum dogmatum, & consiliorum, potiusquam gloriae Dei, atque salutis proximi desiderium. Nescitis cuius spiritus estis. Passione interdum movemur, & zelum putamus. Idem.

Illud verum malum est, quod felicia haec ingenia eo sensu praecupata, quem de se ipsis habent, atque eo praclaro testimonio, quod sua sibi perhibet conscientia, bona videlicet sibi tantum inesse fiducia, omneque cordis eorum motus ad virtutem esse converteret, hanc adipisci non curant, quia sibi persuasum est, se illam possidere. Bona indoles, tenera, & quae orationis suavitate perſuatur, facile se devotam existimat: felix ingenium pacatum, quod sine tumultu amabili gaudet quiete, sibi non desesse patientiam arbitratur; illud vero, quod ex toto corde in opera bona pronum videtur, nonne praclarum habet occasionem Deo gratias agendi, quod ita ipsum imbuerit charitate? Ita omnia haec bona ingenia in egregia hac, quam de se ipsis habent sententia, vel potius in hac illusionem quiescunt, & virtutem putant, quod mera natura est, rebusque in omnibus ex hoc tantum principio operantur. Idem.

Quod autem pertinet ad haec ingenia, quae bona vocantur, quia vel ex se mala non sunt, vel quae ceteris sunt minus mala, certum est in illa malum facilem, quam bonum obterepe, facilius enim vitium, quam virtus dicitur, quamvis virtus naturali rationi sit magis conformis, & virtum eidem sit oppositum contrarium; quia magis secundum sensum, quam rationem vivimus, & plures nobis occurrunt occasiones, quae in malum sub aliqua boni specie nos agunt. Natura bona, ut alibi dictum est, speculo similis est, quod omnia repraesentat objecta, quae sese offerunt illi; ut mala fere frequentius offerunt, quam bona, & praeterea mala magis sunt efficacia ad mali vestigia imprimenda, quam bona ad boni relinquendam imaginem, hoc ipsum dicendum est de bonis, malique exemplis erga haec ingenia adeo facilia, quae ad eum boni, tum malitiam recipiendas imagines disposita sunt; bonum ibi nullam relinquit impressionem diu permanentem; malum vero ibi lineamenta quaedam indelebilia relinquit, quemadmodum non defunt objecta, quae obſcurant, atque corrumpunt specula, a quibus repraesentantur. Idem.

Nullum vitium est, neque natura ulla adeo improba, quam divina favente gratia corrigere nequeamus. Rerum naturae corrigenda aetate invenimus, exempli gratia (haec est Sancti Basilii similitudo) hinc quidem malus pueri acerba, inde vero amygdalus prorsus amara, alterius quidem acrimonia, alterius vero amaritudo, ut ita dicam, est eorum natura; & adinventia sunt ars, qua harum arborum fructus mites fiant, atque, ut ita dicam, naturam ipsam non multo labore permittunt. Quod autem industria, atque agriculturae praestat ars in harum arborum natura, id gratia, nostra accedente cura, in hominum ingenio praestare non poterit? Nemo igitur desperet, licet imperfectissimus sit, sciens animarum culturam non minus validam esse ad pravas quidem qualitates illis auferendas, bonas vero iniiciendas, quam sit cultura plantarum. Idem.

Nulla adeo rudis, & aspera natura est, quae tandem non poligatur, atque manufacta, si maturato adlabores, dexteritate, ac methodo opus est. Diligens cura, ubi de pueris instituentis agitur, numquam caret effectu. Pueri cetum mollis infans, quamcumque imprimas figuram, admittunt. Nihil facilius est, quam cordibus hifce adhuc tenellis pietatis sensum, Dei metum, peccati horrorem, amoremque virtutis immittere. Si pueri cum lacte, ut ita dicam, haec Religionis praeccepta exsugerint, nullum est, quod lecti nequeat, ingenium. Pietas efferatissima quoque cicurit ingenia. Illis virtutis virtus immitatur, quamprimum officioſe, urbanque vitae rationes, polioremque artes edificent. Saepe in ingenii indocilitatem rejicitur modicus, qui ex educatione percipitur, fructus, sed injuria. Num in pueris infansens ea infestissimo methodo, de qua sumus locuti? Numquid sedulo illis virtutem infundere, eosque ad pietatem formare sumus adesti? Haec immo nobis negotium nequaquam facessunt; & post hac miramur, si pro-

Felicia ingenia saepe solida virtutes acquirere nequeunt.

Natura bona facile corrumpitur.

Nulla adeo prava natura est, quae, ubi excultur, corrigi nequeat.

Facile est corrigere pravam puerorum naturam.

